



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118588**

§. 138. Idem a Calvinistis ad pristinos suos errores revocatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

tias, & priora edicta in eum pronuntia-  
 ta, esse nulla comprobare nitebatur, de-  
 nique iudicum animis ad miserationem  
 inclinatis sermonem suum absolvit, sui  
 clientis nomine petens, ut rursus in Ec-  
 clesie sinum reciperetur: cum ergo ip-  
 semet quoque Burgus hanc sibi mentem  
 esse assereret, duo Senatores ad Regem  
 deputabantur, qui eundem de rei con-  
 versione, fictitia licet, certiozem redde-  
 rent, ac totius societatis nomine illius  
 clementiam implorarent.

Sæcul. XVI.  
 A C 1559.

§. CXXXVIII.

*Idem a Calvinistis ad pristinos suos er-  
 rores revocatus.*

Verum Calvinistæ, cum hanc focii sui *Thuan. l. 23.*  
 mutationem sibi funestam fore per-<sup>n. 5.</sup>  
 timescerent, subdole quemdam suæ sectæ  
 Ministrum nomine Joannem Malonum  
 olim Carmelitam ad carceres immittunt,  
 atque per hunc Burgum, ut in senten-  
 tia sua persisteret, nec turpi tergiversa-  
 tione Dei causam desereret, hortaban-  
 tur, eumque simul monebant, ut in Deo,  
 qui ipsum minime deserturus esset, nec  
 in hominibus præsidium reponens per-  
 severaret, neque vitam temporariam  
 sempiternæ beatitudini præferret: in-  
 super ei suggerunt, quod tunc, si con-  
 stantiam, animique firmitatem retine-  
 ret,

Q 5

ret,



Sæc. XVI. ret, illum Judices, quantumvis infesti,  
A.C. 1559. minime damnare aufuri forent: si vero  
 Deus aliter decrevisset, maneret ei æterna gloria, cum ipse coram Deo cum Angelis in Beatorum cœtu triumpharet, ac apud homines egregium virtutis omnibus etiam amplissimis promissis anteferendæ exemplum relinqueret: hinc sollicitationes amicorum missas faceret, qui corpori ejus, non autem animæ, & existimationi consulerent, quin potius se constanter ad certamen forti, & intrepida conscientia capeffendum accingeret. Prævaluere adversus amicorum consilia hæ voces, & Burgus mutata animi sententia scriptis ad Parisiensem Curiam literis testabatur, se non vitæ conservandæ, ac producendæ causa his juris remediis usum, sed id factum, ne quid prætermisissè videretur, quod ad jus suum tuendum pertineret, & ut, quo sæpius causa discussa esset, eo magis veritas illustraretur: igitur porrecto Curix libello priorem confessionem ut ambiguum revocavit, & novam prorsus cum Genevensi consonam proposuit, in qua vehementer contra Pontificem debacchatus est.

## §. CXXXIX.

*Marius Præses e Palatio domum re-  
 dux sclopeta trajectus.*

Sub